



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Fvlvii Androtii, Societatis Iesv, Piæ meditationes de
Passione & Morte D. N. Iesv Christi**

Androzzi, Fulvio

Coloniæ Agrippinæ, Anno MDCIII

Tertium mysterium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48634](#)

DE PASS. DOMINI.

49

vt bonas non vt malas , vt immissas à
Deo,& non ab hominibus.

ORATIO.

Domine Iesu Christe, per charita-
tem quæ te permouit ad ample-
ctendum tam benignè & tam
suauiter osculantem ludam proditorem,
largire mihi gratiam, ut eadem prompti-
tudine animi qualemcumq; crucem mihi
immissam amplectar, tanquam donum
tuum, in utilitatem meam ex suauissimo
tenebrimoque amore tuo mihi conces-
sum, & ut semper bonum pro malo ijs,
qui me offenderint, per nomen tuum
sanctum reddere valeam. Amen. In fine
idem fiat, quod in primo mysterio.

Tertium mysterium.

QUOD toties fuerit ligatus & du-
ctus per plateas yrbis Hierosoly-
mitanę instar latronis, in qua tan-
ta fecerat miracula; nec vsquam legitur,
tale quid simili alicui personæ accidisse.

Considera bene historiam totam, per
sonas & quidquid ibi agitur, atque si
præsens essem, & quid aeturus fuisses, si
postquam agnouisses cum esse filium Dei,
proprijs oculis aspexisses.

C

Con-

59 ANDROTII

Considera similiter quatuor puncta,
quis patitur, quid, pro quibus, quare, ut
dictum est antè.

Puncta 5. consideranda.

1. Charitas immensa, quæ sola cum te-
nuit ligatum.
2. Dolor magnus, quem passus est,
quando adeò strictè fuit ligatus.
3. Confusio summa, quod duceretur
tanquam latro, qui tanta miracula fece-
rat, & præcedenti Dominica tanto cum
honore fuerat acceptus.
4. Inuicta patientia in tot opprobrijs.
5. Ingratitudo iudæorum, qui tot be-
neficia a Christo acceperant.

Confusio nostra.

1. Quod meis peccatis strictius fuerit
ligatus, quam iudæorum.
2. Quod non permittam me ligari à
tanto amore ipsius, quo permisit se tam
durè ligari pro me, imò facilius permit-
tam me ligari ab amore mundi & vanita-
tibus eius.
3. Quod toties puduerit me benefa-
cere, contra quam promisi in sancto ba-
ptismo.
4. Quod non possim amore ipsius
perferrere tribulationem etiam minimam

&c.

DE PASS. DOMINI.

& tamen tantas perferam pro vanitate
mundi.

s. Quod oblitus sis tanti beneficij &
tam singularis charitatis erga me demō-
stratæ.

PETITIO.

Postula gratiam , ut semper diuinæ
maiestati sis cōiunctus per sanctum
amorem, per illos funes, pœnas, op-
probria & incredibilem Christi charita-
tem.

Oratio.

Domine Iesu Christe oro te per du-
cos funes, quibus ligatus fuisti,
per pœnas quas tunc in sanctis
brachijs tuis sustinuisti , per iniquum
incussum, quem in te fecerunt, cùm te
apprehenderunt tanquam latronem, &
ante omnia per ardente[m] amorem, qui
solus te ligauit, largire mihi gratiam, ut
similiter colligatus sim cum tua Maiesta-
te , per sanctam & feruentem charita-
tem , sic vt res nulla me possit à te sepa-
rare: Vnde & dicere possim cum S Paulo
Apostolo : *Quis me separabit à chari-
tate Christi?* Tribulatio, an angustia, an-

C 2 fa:

fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Certus sum enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; angelii, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instantia, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, qua est in Christo Iesu Domino nostro.

Mysterium quartum.

Flagella, quæ passus est Christus in columna, & fuerunt innumera, & cerba, crudelia & horribilium infamium propria. Dicitur enim quod accepterit iustus sexies mille, sexcentos sexaginta, cum tamen secundum legem non potuerint ei infligere ultra quadraginta. Ne immanitate tanta excepti sunt duo latrones. Itinè nusquam legitimus vel à gente maximè barbara vni homini etiam sceleratissimo tot esse inflictæ vulnera.

Puncta consideranda.

I. Considera hic, quasi Christum ipsum videres dolore & confusione plenum, ad te dicentem: Hæc amore tui liberatio.

¶

2. E